Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Auszug der Kinder Israels - Cod. St. Blasien 11

Marquard <von Lindau>

[Südwestdeutschland], [zwischen 1471-1473]

Herausgelöster alter Spiegel

urn:nbn:de:bsz:31-48161

Visual Library

uenient uniuerso orbi Nam virtutes celorum moue
buntur // Et tunc videbunt filium hominis venientem in
nube cum potestate magna et maiestate // Hijs autem
fieri incipientibus respicite et leuate capita vestra ecce
appropinquabit redempcio vestra // Et dixit illis
similitudinem // Videte ficulneam et omnes arbores cum
producunt iam ex se fructum scitis quoniam prope est estas //
Ita et vos cum videritis hec fieri scitote quoniam prope est
regnum celorum dei // Amen dico vobis quia non pre
teribit generacio hec donec omnia fiant // Celum et terra
transibunt verba autem mea non transibunt etc
In illo tempore dixit ihesus turbis et discipulis
suis // Amen dico vobis non surrexit inter natos mu
lierum maior johanne baptista // Qui autem minor est
in regno celorum maior est illo // A diebus ergo

iohannis bapte usque nunc regnum celorum vim patitur
et violenti rapiunt illud // Omnes enim prophe et lex usque ad
iohannem prophetaverunt // Et si vultis recipere ipse est
helias qui venturus // Qui habet aures audiendi au-
diat etc.

In illo tempore // Hic testimonium perhibebat de
dno et clamabat dicens hic erat quem dixi qui po-
st me venturus est qui ante me factus est quia prior me
erat // Et de plenitudine eius nos omnes accepimus et graciam
pro gracia. quia lex per moysen data est gratia autem et veritas
per ihm xpm facta est // Deum nemo vidit umquam // Unigenitus
qui est in sinu patris ipse enarravit etc.

In illo tempore // Cum audisset iohannes in vinculis o-
pera xpi mittens duos de discipulis suis. ait illi // Tu
es qui venturus es an alium expectamus // Et respondens ihs ait